



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

11. De quodam Henrico Lutherano Tornacensi combusto, qui sequenti nocte socijs in carcere totus ardens apparuit.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

tyris pedes deposuere. Et nocte proxima pro-
 cationibus consumpta, postridie venerunt, &
 monumenti operculo remoto spectaculi no-
 uum rectoque iudicio dignum conspexerunt.
 Nam orthodoxorum recteque sententium il-
 bellus perquam tenaciter victricis illius mar-
 tyris manibus continebatur: alter autem tan-
 quam res vana & nullius precij, temere ad pe-
 des illius proiectus iacebat. Postquam vero
 post caelestem hunc calculum adhuc impu-
 dentia contra veriore fidem pugnat, con-
 demnatio amplius etiã ut valde legitima con-
 firmata est: & qui decretis Synodi consecrate
 noluerunt, in ignominiam & probum a Deo
 & hominibus sunt consecuti. Hæresis ipsius
 dux Gangram exsul abductus est. Qui auctorem
 Dioscoro condemnati, proscriptique fuerant
 de Synodi sententia, & Imperatoris conuicta
 reuocati sunt.

*Christianus Massam lib. 20. Chronicorum. De qua-
 dam Henrico Lutherano Tornaci combusto, qui
 sequenti nocte sociis in carcere totus ardens ap-
 paruit.*

CAP. XI.

ANno Domini 1528. 20 Iulij, Hæricus qui-
 dam Lutheranus Tornaci combustus est.
 Sequenti nocte sociis in carcere totus ardens
 apparuit. Illis præ timore clamantibus, ait: nisi
 ab errore cessetis, mecum peribitis in æternum.
 Excitatus clamore carcerarius, consulens verbis
 aduo-

aduocauit. Dicunt illis vincti: Facite de nobis quod volueritis, modo prius confiteamur, nec cum Henrico pereamus.

Ex historia Belli Liuonici, De horrendo obitu cuiusdam Hermanni Lutherani, monachi apostatae.

CAP. XII.

Rat Torpati circa annum Domini 1554. quidam Lutheranae doctrinae praeco, Hermannus, mirè versutus & facundus in abducendis hominibus à Catholicismo ad Lutheranismum, annisque triginta summum egerat illius doctrinae praecone. Hic pellione Wittembergensi Lutherana dogmata primū docente, monachus erat Minorita, iuuenis, at pro ztate in concionibus non inexercitatus, credit pellionē, offert illi suam in propagandis Lutheranis dogmatibus opem, monasticum cucillum in publica concione abiectum. Pellio eum in cooperarium suscipit, negotiatores nouo habitu cum donant, virginem monasticam in vxorem adiungunt, praeficitur vasis argenteis Ecclesiae in vsum pauperum custodiēdis. Pellione ex vrbe secedente, paulatim magnam auctoritatem apud omnes sibi cōciliat, vt solus nobilium infantes baptizaret. Magnam opum diuitiarūque vim cogerit, mercatur praedia, domos, agros, in liberorum subsidium: primaque atque itidem secunda vxore demortua, tertiā ducit. Verum anno 1554. graui morbo corripitur, & sex die-

H h 5 bus